

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvдовici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la
Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 41. De eodem, quā est Paßionis Christi Domini nostri memoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

quod iam transit, Redemptionis videlicet beneficium; alterum est præsens, beneficium. s. Sanctificationis; tertium est futurum, nempè glorificationis: quod totum quodam modo maximè singulari nobis significat, quia ipse met Christus D.N. existens in Sacramento, id totum efficit, ut exprimitur in Antiphona illa, quā canit Ecclesia; *Q sacram conuiuum, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passions eius.* mens impletur gratia, & futura gloria nobis pinguis datur. De his tribus rebus agetur in proximis Medit. ad quas reuocabimus, quidquid superest dicendum de venerabili hoc Sacramento.

MEDITATIO XLI.

DE SANCTISMO SACRAMENTO, quatenus est memoria passionis Christi D.N.

 ESIDERANS Redemptor noster a *Luc. 22.19* conseruari in Ecclesia sua perpetuam a *memoriam suæ Passionis,* a *1. Cor. 11.* & mortis, ac supremi beneficii 24. per eam nobis collati; instituit Sanctissimum hoc conuiuiū, in quo quotidie dat nobis in cibum & potum, corpus & sanguinem suum, sub accidentibus panis & vini.

PVN-

PVNCTVM. I.

CIRCA hanc fidei nostræ veritatem perpendendæ primùm sunt causæ, cur voluerit Christus Dñs noster, passionis & mortis suæ, ignominia & dolore plenissimæ signum & memoriam, esse conuiuiū suavitate & iucunditate plenissimū. Videtur enim aptius signum, & memoriam magis ad rem futuram fuisse aliquod Sacramentum, in quo nos sanguinem nostrum effunderemus, sicut in circuncisione siebat; aut cibum aliquē amarū comederemus, sicut comedebantur lactucæ agrestes cum agno Paschali; & ut biberemus aliquid aceti in memoriā aceti & sellis, quod ipse bibit: sed nihil tale benignissimus Dñs hic voluit, eam esse memoriam, sed species tantū panis & vini, & quidem non panis hordeacei, quo ipse alias vescebat, sed panis triticei; nec aceti, sed vini, non corrupti, cuius rei quatuor fuerunt præcipuæ causæ, exque suavitate & dulcedine plenæ.

I. PRIMA causa fuit, vt nobis aperiret infinita suam bonitatem, & charitatem, ac dilectionem, qua nos tāquam pater prosequitur, vt qui sibi ea elegerit, quæ pēnā doloremq; ipsi inferret; nobis verò ea dederit, quæ adferrent iucunditatem in memoriā poenarum eius; quo fructu & utilitatē, quæ ex eis prouenit, nobis applicaret. Est. n. parētibus familiare & veluti propriū, aspera & difficilia sibi accipere, vt filii dent suauia & iucunda; & hunc spiritum vult

nos

nos omnes filios suos habere erga nostros fratres ac proximos.

SECUNDA causa fuit, ut ex hoc agnoscemus, quanta sua voluptate passionis suæ labores pertulerit, quatenus in nostrū commodū & utilitatē illi cedebant; q̄ etiam satis indicavit, cū dixit: *a desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscū.* Ideò igitur voluit sui memoriam esse apud nos in ea re, quæ nobis esset suavis & incunda, & in conuiuio magnæ exultationis; ut sic maiori nostra voluptate, passionis eius recordaremur, & pro ea gratias ageremus. Sicut itaq; dies passionis eius, fuit ipsi desponsationis & nuptiarum cum Ecclesia sponsa sua; ita memoria eius meritò retinetur in conuiuio & gaudio, sicut in nuptiis fieri consuevit.

TERTIA causa fuit, ut agnosceremus suavitatem legis eius, de qua ipse dixerat, q̄ esset b
ius leue, & iugū suave; ideoq; omnia eius Sacra menta suavia fuerunt, & hoc præ cæteris quod ex eius latere lancea per fosso effluxit.

QUARTA causa, ut sic nos obligaret ad imitandas res amaras & ignominiosas passiones eius, nam quò ipse liberaliorem se ostendit in designanda re, quæ eius memoriā in nobis conservaret, in conuiuio tantæ suavitatis; eò magis nos obligat, ut lege gratitudinis, eiusdem passionis recordemur, amplectentes res alias amarissimas, pœnitentiam f. iejunium, mortificationem, humiliationē, & quidquid Christo crucifixō despectōque sit magis con-

forme

II.

b Matt. tr.
29.

III.

IV.

DE V

494 VI. PART. MEDIT. XXXXI.

c Thren. 2.
29.

forme, dicentes cum Ierem. c memoria memor ero tui, & tabescet, aresceretq; in me anima mea; mortificatione consumens, quidquid me separauerit à tuo obsequio; & sponte amplectens pœnas, quas tu mei amore pertulisti. O dilecte cordis mei, quid ego pro te faciam, ut tantum beneficium rependam, & excellentem amorem, quem erga me ostendis? Si te aspicio tanquam Patrem, es amantissimus; si tanquam Redemptorem, es dulcissimus; si tanquam legiflatorem, es suauissimus, ex omnibus me parte coronans in misericordia & miserationibus, quæ ab illa procedunt. Cupio Domine, amore tui, coronare me innumerabilium spinarum corona, reddendo tibi inumeros labores meos pro tuis innumeris tormentis, quæ plena fuerunt innumeris misericordiis.

d Psal. 02.4

P V N C T V M II.

D EINDE considerandæ sunt causæ, cur voluerit Christus D.N. ipsemet realiter & verè manere in hoc Sacramento, ut esset suæ Passionis memoriale ad hoc sicut dem suffecisset tantum panis & vinum; sicut aqua pura sufficit ad Baptismum, qui etiam est figura eius a mortis & sepulture.

a Rom. 6. 4

I.

SED prima causa huius fuit, ut nobis ostenderet quanti ipse faceret suam passionem, qui voluntuerit per se ipsum esse eius memoriale; ut sic nos magis obligaret ad eandem maximi faciendum, & continuam tanti beneficii memoriam habendum, gratiasque pro eo agendas; siquidem ipse-

ipsem Christus Dominus noster, excitato-
rem se præbet memoriam nostram, aduersus no-
stram obliuionem, fuetque gratitudinem ad-
uersus ingratitudinem.

1. Causa fuit, ut suā infinitam charitatē, ac
immensem desideriū, quo tenetur nostri boni
causa patiendi, magis nobis manifestaret. nā
quiescunt; Sacrū Missæ celebratur, sicut in
to ipsem Christus passionis mortisq; suę ge-
stam nobis proponit; ita paratus est amore no-
stri iterū pati ac mori re ipsa & verè, si id ad
nostram utilitatem esset necessariū: sed cū hoc
non solū necessarium nō sit, sed nec expediēs,
delectatur tamen patiendo & moriendo, sal-
tē in mortis & passionis repræsentatione. Et
sicut in Apoc. vocatur *Agnus occisus ab origine*
mundi, eò quod mortuus censeatur in figuris
animaliū, quæ in ipsius memoriā mactabātur;
sic undē possumus vocare Agnum, qui occi-
ditur usque ad finem mundi: quia eodem mo-
do moritur ipsem in hac suę mortis repræ-
sentatiōe, quæ duratura est usq; ad mūdi finē.
Et sic nos obligat, ut re ipsa & verè accipere
studeamus partē aliq; ipsius passionis & mor-
tis tam intuitu amoris eius, quā in bonū fra-
trum nostrorum: dicente Apost. c semper mor-
tificationē IESV in corpore nostro circūferimus;
d cuius causa mortificamur tota die, d asti-
mati sumus tractamurq; sicut oves occisionis; &
e quotidie morior per vestram gloriam fratres.

TERTIA causa fuit, ut hac sua reali præsen-
tia defectum suppleret gratitudinis hominū,

non

II.

b Apoc. 13. 8
S. Thom. 3.
p. q. 83. 4. 3.

c 2. Cor. 4.
10.
d Rom. 8. 36
e 1. Cor. 15.
31.

III.

non solum beneficii causa Redemptionis, sed etiam reliquorum beneficiorum à Deo acceptorum; quæq; sint infinita non posset pro eis pura creatura ostendere se sufficienter gratā; ideoq; ipsemet vult per seipsum in hoc Sacramento exhibere se gratum pro his omnibus beneficiis; & sicut Apost. dicit: quod *ipse spiritus postulat pro nobis genitibus inenarrabilibus*, sic liceat nunc dicere, quod Christus. D.N. in hoc Sacramento gratias agat, gratumq; se exhibeat pro omnibus his beneficijs, affectib. inenarrabilibus: nos ipsos excitans ad eosdem affectus magna virtute exercēdos. ex quo prouenit, ut hoc Sacramentum appellaretur Eucharistia; quod significet gratiarum actionem. O Deus Amoris, quid hoc est quod facis? ô Benefactor infinite, quid est quod statuis? si pro gratiarum actione quam debeo beneficiis à te acceptis, nouum confers adeò magnum beneficium atq; sunt reliqua omnia: quomodo ergo pro hoc novo beneficio gratum me potero exhibere; lauda tu ipse Domine te ipsum pro hoc & reliquis omnibus beneficiis; & hoc ipsum beneficium te laudet pro se & reliquis: siquidem *g confessio & magnificentia opus est tuum*, cum te ipsum das in cibum timentibus te: & quoniam nihil noui dare tibi possum, propter ingentia beneficia gratias.

g Ps. x. 3.

h Ps. IIS. 13.

que mihi collatas, h calicem hunc mei salutaris accipiam, & nomen sanctum Domini inuocabo, & glorificabo.

PVN-

DE

TIE
v
Psionis; q
ea simili

P R I

quod sic
Christus

exmulti

& cum

calcatis,

sacratis

passione

que con

calcatu

pressum

ipsum it

solet vu

pter has

memore

lx nobis

panem

mus, sic

que quo

& mort

VER

nigantur,

v
Christi

VI.P



PUNCTVM III.

TERTIÒ considerandæ sunt causæ, cur voluerit Christus D. N. sib speciebus panis & vini esse memoriale suæ Pas-
sionis; quæ proculdubio aliquam habent cum ea similitudinem.

P R I M A enim causa fuit, ut significaret, quod sicut in hoc Sacramento coniungitur Christus cum speciebus pánis, qui conficitur ex multis frumenti granis fractis & contritis; & cum speciebus vini extracti ex granis vuæ calcatis, & tanquam in torculari expressis; sic sacratissimum Christi D. N. corpus fuit in passione sua tortum; & flagellis, spinis, clavis que contritum, & granitissimis ignominia a calcatum, & eo usque in crucis torculari expressum, ut totus sanguis efflueret, & corpus ipsum ita sine sanguine relinquatur, sicut solet vua in torculari remanere. Quare propter has panis & vini species, vult nos esse memores dolorum & ignominiarum, quas ille nobis repræsentant; & sicut sacrum ipsum panem & sanguinem comedimus & bibimus, sic etiam comedamus & bibamus, nobis que quodammodo incorporemus passionis eius & mortis poenas.

V E R U M ulterius progreditur charitas benignissimi huius Domini, nam b. qui baptizatur, ut ait Apostolus; in morte & sepultura Christi baptizatur; quia cum illo consepelitur

VI. Part. Med.

ii

per

I.

a *Isai. 63.2.*

II.

b *Rom. 6.1.8*

c Psal. 68.15

per Baptismum in mortem, dum quis immersus fuit, sicut ipse Christus fuit immersus fluctibus & profundis aquarum laborum scilicet & afflictionum & tandem in sepulchro sub ingenti lapide collocatus. Verum in hoc Sacramento ipsem Christus, mortem suam & sepulturam representat, cum comeditur, & quasi dentibus teritur; & quando iam est ad stomachum transmissus, memoria est sui ipsius contriti dentibus persecutorum, & deorati a morte, ac in sepulchro collocati. Quibus omnibus ipsem Dominus assistit, ut ea fiant pari spiritu & reuerentia, communicans suæ passionis & mortis fructus ei, qui ipsum sumit. Recordare anima mea, cum communicas, quod sis eiusdem Christi D.N. sepulchrus; quia illum recipis intrate viuentem quidem in se ipso, sed in representatione mortuum. Attende, quod d. eius sepulchrum esset glorisum, et nouum, & excavatum in lapide; ut intellegas, te quoque debere esse gloriosam propter virtutes, nouam ob renovationem spiritus, & fundatam in imitatione viue petre, que est Christus. O Christe dulcissime, sanctifica, hoc sepulchrum, quod iam ingredieris; ut, quamdiu in illo manseris, digna sit habitatio tua. Et sicut in tuo sepulchro nullus fuit alius utquam positus; ita ne quæso, in hoc aliiquid iu posterum ingrediatur, quod tibi dispiceat, aut aliqua creatura, quæ illud profanet, sed nouum semper conferua & purum, ad gloriam tuam in æternum. Amen.

d Isai 11.10.
d Matth.
27. 60.
4. p. Med. ss
punct. 3.

IN

IN quarta parte Meditatiōne 13. sunt aliae
considerationes ad hoc propositūm , quid videli
cet sit, quod seorsim corpus consecratur à sanguī
ne, & cur in diuersis speciebus panis & vini.

MEDITATIŌ XLII.

DE SANCTISSIMO SA-
cramento, quā est causa gratiæ &
sanctificationis, in ipsa sumptione:
ac de admiranda illud sumen-
tis cum ipso Christo Do-
mino vnitione.

PUNCTVM I.

CONSIDERANDVM primò,
quod cūm Christus Dominus
noster, decreuisset, septem
Sacra menta instituere, quæ
septem essent gratiæ signa
sensibilia, & septem instru-
menta, quibus passionis suæ
fructum nobis communicaret, nostram vide-
licet sanctificationem; decreuit quoq; , vt ex
illis vnum nō esset pura creatura, qualis pura
aqua, purū oleū aut balsamū, aut merū panis,
& merū vinsū; sed ipsem Christus verus Deus
& Homo, voluit re ipsa & vere coniugi crea-
ture, & miraculo occultare se sub accidētibus.